© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Ebenso wollen wir der Vermuthung gegenüber, daß unsere Form eine Entwicklungsform von Oscillarien sei, uns ungläubig verhalten bis hierfür die nöthigen Beweise producirt worden.

Ad Sphaeriam Berberidis Pers. et Sph. Lisae De Not.

Herbar. mycolog. Nr. 1846.

Commentarium.

Utramque simul trado ut Specierum ab investigatoribus superficialibus facile confundendarum differentiae aptius colligantur.

Sph. Berberidis.	Sph. Lisae.
Pyrenia atra, apice convexo, rimoso-granulosa.	Pyrenia brunnescentia, apice truncato, demum depresso, laevia.
Nucleus pulveraceus, nigrescens.	Nucleus gelatinosus, s. ceraceus, albidus.
Asci elangato-clavati, jam cito evanidi.	Asci ampli, oblongo-clavati, sat persistentes.
Sporidia e minoribus, didyma, articulis ovatis, curtis plurilocularibus, loculis saepissime cellulosis, nigrescentia hinc etiam lente simplici in vitro facile distinguenda.	Sporidia duplum majora, didyma articulis basis minus constrictis ex ovoideo-oblongis, apice obtuso, plerumque simplicibus, qualia Auctor, l. c. describit et pingit, sed mihi interdum uno vel binis articulis bilocularibus; e pallidissimo hyalina.

Dum pyrenia Sph. Lisae confluunt, Dothideam Berberidis (De Not.) mentiunt, quam in eodem frutice reperi unacum Stictide Berberidis (Ejusd.) sed uno alterove tantum specimine.

Vercellis, 12. Martii 1853.

Cesati.

Redaction:
L. Rabenhorst in Dresden.

Druck von
Carl Ramming in Dresden.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Hedwigia

Jahr/Year: 1854

Band/Volume: 1_1854

Autor(en)/Author(s): Cesati

Artikel/Article: Ad Sphaeriam Berberidis Pers. et Sph. Lisae De Not. 34